



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiaē, 1697

Cap. LXXVI. De Arbitro & Arbitrio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

impune ad hoc beneficium pervenire licet. *Ord. Cam. part. 2. tit. 28. §.* Und diuweit bißhero *Mynf. 1. O 14 Gail. 1. O 135. n. 12. & obf. 124.* limita-
re tamen statuta possunt ne appelletur, nisi ju-
ramento praestito, quod non calumniae causa
appellet, *Mynf. 3. obf. 57. pr. Trcut. 2. disp. 33. t. b.*
1. lit. A.

III.

Judex appellationis non semper in melius
reformat sententias, *l. 1. de appell.*

CAP. LXXIV.

Approbare, Approbatio.

Axioma I.

Quod omnes tangit, ab omnibus debet ap-
probari. *C. quod omnes. 28. de R. I. in §. l. per sum-*
dum. 1. ff. de servit. rust. l. receptum. 18. Comm.
præd. necessario enim ad actum adhibendi sunt
quorum interest. *l. 39. vers. adhibitis etiam his,*
de adop. quod adeo verum ut si unus deficiat ex
pluribus corruat actus, quod praesertim verum
est, quando res plures tangit ut singulas, d. l. per
fundum. 1. ff. de servit. præd. Rust. l. 2. §. si aqua
ductus. ff. eod. l. fin. C. de auct. præst.

II.

Quod quis in se approbat, in alio reprobare
non debet. *l. in arenam. 1. C. de inoff. testam.*

III.

APPROBARE quis non potest quod
semel impugnavit, *l. dispensatorem 62. ff.*
de solutionibus. Menoch. consil. 395. num.
89. Surd. consil. 157. num. 10. & consil. 196.
num. 2. cum seqq. & consil. 364. n. 27. Rot.
decis. 636. num. 7. apud Farinac. p. 1. recent.
& decis. 456. num. 4. p. 2. recent. Declara &
intellige verum si actus pendet à volun-
tate unius, Surd. consil. 136. num. 30. & seq.
ubi num. 3. & 4. si ab impugnatione ante
sententiam impugnans desistit,

IV.

APPROBATIONE totius quaelibet
ejus pars approbata censetur, Anton.
Monach. Bononiens. decis. 55. num. 11.

V.

APPROBATUM semel non potest
amplius reprobari, *leg. Pomponius 9. ff.*
de negot. gestis. Thom de Thomasset, in
floribus legum. reg. 37. Surd. consil. 18. num.
2. & consil. 351. num. 41. & decis. 132. num. 4.
Anton. Monach. Bononiens. decis. 34. nu.
2. Rot. decis. 456. num. 4. apud Farin. p. 2.
recent. Mar. Antonin. var. resolut. lib. 2.
resol. 30. num. 25. Sanchez de Matrimon.
lib. 9. disp. 6. num. 9. Manric. decis. 274.
num. 2. & 3. Vivian. decis. 98. num. 12. libr.
1. Mari. Giurba decis. 24. n. 29. Stephan.
Gratian. discept. forens. tom. 5. c. 941. n.
20 (Dyn. in reg. quod semel placuit. 21. de
R. I. lib. 6. & in cap. rati habitationem 10.
eod. tit. Bart. in l. qvo 12. rat. rem hab. ad
quod optime fac. quod not. per gl. Ferr. in

forens. lib. qvo agitur ex compromiss. vers.
infra duos menses. num. 3.) Sed contra
in l. si duas habenti. ff. de excus. tutor. & in
l. ut gradatim 11. §. reprobari. ff. de muner.
& honor. At hoc in principe, illud in
privatis.

Intellige siue expresse, siue tacite ap-
probatum proponatur, quia si petens
fieri editionem librorum promittat vel-
le stare libris tam pro se, quam contra,
tunc libri probant contra probantem
librum exhibendum, ut per Bald. *consil.*
156. cum duæ sunt, n. 3. lib. 3. quem refert
Card. Tusch. tom. 3. lit. E. concl. 42. n. 1. (&
exigens usuras nomen probare videtur,
nec amplius potest reprobare. Carpzov.
p. 2. consil. 11. d. 27. n. 2.

Unde est, quod, qui approbant testa-
mentum, approbare illud censentur in
qualibet ejus parte, uti ex *Cagnol. in l. Pa-*
pinianus 8. §. meminisse 14. de inoff. testam.
deducit Job. Cephal. consil. 670. n. 21. ubi
Paris. & Ancheran. collaudat.)

Limitatur tamen quod approbare &
improbare quis diversis respectibus pot-
est. ut per *Tiraq. de nobilit. c. 28. num. 15.*
quem refert Card. Tusch. d. tom. 3. lit. E.
concl. 54. num. 6. (& sane plures amplia-
tionibus & limitationibus praesertim in do-
nationibus à parente factis, vid. apud Si-
chard. ad l. parentibus 8. C. de inoff. test.
num. 7.)

CAP. LXXV.

De Aqua & Aqva pluvia.

Execrabile videtur, domos urbis aquam ha-
bere venalem. *l. 7. C. de Aqva ductu. 11. 42.*

CAP. LXXVI.

De Arbitro & Arbitrio.

Arbitrium boni viri intelligitur illud quod
in rebus suis quis faceret, vel quod veller sibi
fieri. *Bart. in l. 1. de solut. & Lud. Rom. in Rubr.*
de recept. arbitr. n. 1. ob seqq. arb. col. 3.

II.

Liberum cuique rerum suarum permitti de-
bet arbitrium, *l. 21. C. Mandati.*

Limita hanc regulam in multis casibus præ-
sertim iis ubi Reip. interest; publica enim uti-
litatis causa sæpe homines res suas vendere aut
retinere coguntur. Plura ad hanc rem exempla
licet colligere ex *C. l. 4. de contrab. emt. thes. 32.*
& seq.

III.

Arbitrandi potestas alicui concessa intelli-
gi debet, ut semel tantum arbitrari possit.

Hæc regula ita explicatur, ut procedat, quâvis
prima sententia ab arbitro dicta sit ipso jure nul-
la. *l. 5. ubi gloss. Cod. Quomodo & quando iudex.*
Bald. in l. si diversa 14. de transact. Felin. cap. 2.
col. 3.

col. de treuga & Pac. Jus. in l. duobus. §. Si ei. col. 2. ff. de iurejur. secus videtur de iure civili dicendum in iudice ordinario, ubi idem qui nulliter sententiam dixit, iterum iudicare potest vel ejus successor. l. 1. C. de sent. & interloc. l. 6. C. Quomodo & quando iudex. l. 4. C. de accusat.

IV.

Arbitria ad instar iudiciorum sunt redacta. l. ff. de arb.

Ab hac regula 31. fallentias not. Socin. reg. 27.

V.

ARBITRIO iudicis relinquitur quod in iure definitum non est, l. 1. §. ult. ff. de iure deliber. l. in venditione §. 3. §. 5. de bon. auct. or. Jud. possid. C. de causis 4. §. 1. de officio deleg. (text. eleg. in l. 1. C. divor. factio l. 13. §. 1. de ann. leg. Carpzov. cum alleg. 2. conf. 6. num. 16.) Corraf. lib. 4. Miscel. cap. 12. num. 5. cum seqq. Neviz. in sylva nupt. lib. 5. num. 74. Menoch. de arbitrar. lib. 1. in proem. num. 5. & quæst. 14. num. 3. cum seqq. Monet. de distrib. quottid. p. 3. quæst. 10. num. 4. ubi num. 5. subdit, locum id habere non modò in iure scripto, sed & in non scripto, & in consuetudine; & num. 7. addit, id locum obtinere etiam quoad pœnam. (l. 1. §. 1. de Effra. Non tamen ista pœna ad mortem usque extendenda, nisi in delictis morte dignis, Wesenb. Parat. de Acq. Rev. dom. num. 7. in fin. & ad Leg. Cornel. de sicar. num. 16. In quibus tamen ipsis pœnæ legibus esse debent mitiores, Wesenb. d. loc. add. Caropz. in tr. crim. p. 2. q. 69. num. 27. & ibid. cit. aliquando tamen possunt esse graviores, l. 28. §. ult. de pœn. Carpz. p. 4. Constit. 37. definit. 2.)

VI.

ARBITRIUM regulatur à iure, l. 1. de usur. cap. iudicet 4. caus. 3. quæst. 7. Rot. decis. 26. num. 6. & decis. 609. & num. 1. & decis. 698. num. 1. apud Farin. p. 2. recent. Carpzov. in tr. crim. p. 3. quæst. 120. num. 4. Nam ubicunque aliquid committitur per verba denotantia arbitrium boni viri, ille tenetur servare omnes regulas Juris communis, Alex. cons. 33. num. 3. lib. 1. Socin. jun. cons. 49. num. 16. lib. 2. Cravet. cons. 612. num. 11. & cons. 657. n. 56. Menoch. consil. 69. n. 4. & 5. Card. Tusch. pract. conclus. tom. 1. lit. A. conclus. 470. num. 2. Unde est, ut, si iudici permittatur secundum liberum arbitrium procedere, arbitrium debeat esse regulatum secundum jus commune & æquitatem, textus elegans est in l. 30. de op. libert. add. Cagnol. in l. generaliter 78. de R. I. Alex. 5. cons. 118. num. 1. Natt. 1. consil. 155. Ferr. in for. lib. in act. real. vers. summarie num. 16. & ibi in addit.)

VII.

ARBITRIUM simplex licet reguletur à iure, & secundum arbitrium boni viri, tamen quando dicitur plenum, seu liberum, tunc importat liberam facultatem, Bart. extravag. ad reprimendam, in verb. videbitur. num. 3. vers. item ubicunque, quem refert Card. Tusch. dict. lit. A. conclus. 476. num. 1. Menoch. de arbit. quæst. 6. lib. 1. (nec enim necessitatem imponit lex, quæ arbitrio alicujus committit, Myns. 3. obs. 28. Nic. Boër. decis. 344. num. 8. post princ. Felin. in cap. 6. extr. de præscript.) Quando & quibus verbis à lege, vel ab homine arbitrium liberum seu regulatum iudici concessum dicatur, vide Aym. cons. 190. num. 5. Mathesil sing. 15. Duen. reg. 788. Benintend. Bonon. decis. 31. Seraphin. de privil. Juram. privileg. 132. num. 13. & num. 81. cum seqq. Osasch. Pedem. decis. 11. num. 9. Roland. cons. 62. num. 18. cum seqq. & lib. 1. cons. 59. num. 32. cum seqq. lib. 2. & cons. 55. num. 15. & à num. 47. lib. 3. Lancelot. de attent. cap. 12. limit. 10. n. 8. 11. & 15. Menoch. de arbit. lib. 1. q. 7. 8. 9. & 37.

CAP. LXXVII.

De locis Argumentorum hic foret agendum, nisi in specie pertineret ad Topicam Juris, ubi de hac materia tractabimus.

CAP. LXXVIII.
De Argento & Auro.

Axioma I.

Aurum & Argentum habet Ecclesia, non ut servet, sed ut eroget & subveniat in necessitatibus, cap. aurum 70. c. 12. q. 2.

II.

Pro argento rectè solvitur aurum. l. 1. C. de arg. pret. lib. 10.

III.

Aurum Barbaris subtiliter auferendum, l. 2. C. de commerc. & mercat. nec evehendum extra Imperii fines, ad hanc rem vid. eleg. locum in Carpzov. ad Leg. Reg. cap. 8. sect. 9. num. 1. 2. 3. 4. 5.

CAP. LXXIX.
De Armis.

Axioma I.

Arma magis quàm iura milites scire oportet, l. scimus 22. in princ. C. de jur. delib.

II.

Arma portare regulariter prohibitum cap. Clerici 2. de vit. & bon. cler. Novell. de armis 85. c. pen. plures fallentias vid. in tom. Reg. Jur. Francof. sub voce Arma. nam qui arma fert, statim mali animi esse præsumitur, Menoch. conf.